

Mikulová, Jana

Věty podmínkové v závislosti

In: Mikulová, Jana. *Syntax latinských vedlejších vět*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 475-488

ISBN 978-80-210-7207-7; ISBN 978-80-210-7210-7 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/131808>

Access Date: 20. 03. 2025

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

VĚTY PODMÍNKOVÉ V ZÁVISLOSTI

1. **Přeložte do češtiny a určete typ podmínkové věty (někdy může být více možností). Uveďte, které věty se odlišují od základního schématu.**
1. ...„Dic agedum,“ inquit, „Ap. Claudi, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses.“ (Liv. 9, 33, 6)
2. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea civitates: hoc uno complector omnia, neminem isto praetore senatorem fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset. (Cic. *Verr.* II 2, 125)
3. Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quae interesse tua aut etiam velle te existimem, si ullo modo facere possim. (Cic. *fam.* 5, 20, 6)
4. Neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit. (Cic. *Caecin.* 101)
5. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu non numquam forte temere concurrerent? (Cic. *div.* 2, 141)
6. Quid censes, si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? (Cic. *nat. deor.* 1, 76)
7. Equidem sic arbitrator, etiamsi multa fallant eos, qui aut arte aut coniectura divinare videantur, esse tamen divinationem; homines autem, ut in ceteris artibus, sic in hac posse falli. (Cic. *div.* 1, 124)
8. Ceterum haud dubium fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die Punica capi potuerint. (Liv. 24, 42, 3)
9. At Epaminondas, cum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Boeotios. (Nep. *Epam.* 9, 3)
10. Bruto certe meo nullo loco deero, idque, etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter eius singularem incredibilemque virtutem. (Cic. *Att.* 14, 15, 2)
11. Et enim, cum tu mihi meisque multa saepe scripsisses, veritus sum, ne, si ego gravarer, aut ingratum id aut superbum videretur. (Cic. *top.* 4)

12. An potest quisquam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia fuerit futurus, in qua fratres fuerunt? (Cic. *Lig.* 34)
13. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret peccare, etiam si causa non esset. (Cic. *off.* 2, 24, 84)
14. Conscius mihi sum nihil me scientem deliquisse, et si quid fecerim imprudentia lapsus, corrige me et emendari castigatione hac posse. (Liv. 42, 42, 8)
15. Et tamen dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem, sed ut Nestoris; quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura. (Cic. *Cato* 31)
16. Sed tamen quidnam est id, quod dixisti fore, ut tibi ignosceremus, si cognossemus, quae te causa in sermonem impulisset? (Cic. *de orat.* 2, 363)
17. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. (Cic. *div.* 1, 77)
18. Viderunt et vident, si per imprudentiam vestram, negligentiam meam legem incognitam acceperitis, fore, uti postea cognitis insidiis, cum decemviros creetis, tum vitiis omnibus et sceleribus legis Cn. Pompei praesidium opponendum putetis. (Cic. *leg. agr.* 2, 25)
19. Nemo umquam mihi Scipio persuadebit aut patrem tuum Paulum (...) aut multos praestantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent posteritatem ad se posse pertinere. (Cic. *Cato* 82)
20. Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis inmaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. (Liv. 2, 1, 3)
21. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, ut, etiamsi homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret, id quod intellegi facillime potest. (Cic. *Verr.* II 2, 138)
22. An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri amisso exercitu, post mortem vero ea consecutura, quae sine lacrimis non possumus dicere? (Cic. *div.* 2, 23)
23. Itaque neque re publica exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi, nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin me secum ipsa reduceret. (Cic. *p. red. ad Quir.* 14)
24. Quo nuntio adlato, cum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statui exspectandum esse, si quid certius adferretur. (Cic. *fam.* 15, 1, 2)

25. At enim quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo. (Cic. *nat. deor.* 3, 27)
26. Quam ob rem licet inrideat, si qui vult, plus apud me tamen vera ratio valebit quam vulgi opinio; neque ego umquam bona perdidisse dicam, si quis pecus aut suppellectilem amiserit, nec non saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem; cuius quom (= cum) patriam Prienam cepisset hostis ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret, „Ego vero,“ inquit, „facio; nam omnia mecum porto mea.“ (Cic. *parad.* 1, 8)
27. Fit enim nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. (Cic. *off.* 1, 41, 146)
28. Tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum: putat enim se, etiamsi non deprenditur, posse deprendi. (Sen. *epist.* 105, 8)

2. Přeložte do latiny

1. Domníval se, že na sněm přijde dostatečně včas, jestliže přijde den předtím.
2. Nemohu tušit, kdy a kde tě uvidím, jestliže mi to nenapíšeš.
3. Zeptej se sám sebe, zda kdyby ti nějaký bůh dal tu možnost, chtěl bys raději žít na tržišti nebo v táboře.
4. Tvrdil, že kdyby byl v té situaci, nedělal by to.
5. Tuší, co by se bylo stalo, kdyby byl Filip žil.
6. Co myslíš, že by byl slyšel Odysseus, kdyby setrval v předstírání šílenství?
7. Tvrdí, že jestli nejsou bohové, není v přírodě nic lepšího než člověk.
8. V té době byli v našem vojsku urození lidé, kteří podněcovali Jugurthu a slibovali, že jestliže král Micipsa zahyne, zmocní se sám vlády nad Numidií.
9. Myslím si, že ostatním je třeba dát milost a beztrestnost, jestliže se vzdají svého omylu a usmíří se se státem.
10. Když jsem čekal na dopis od tebe, náš Lupus mi oznámil, abych ti napsal, jestliže chci.
11. Nepochybuji, že u vás dosáhnu schválení své obhajoby, jestliže si budete pamatovat, že strůjce úkladů může být právem zabit.
12. Věz, že bych byl dal přednost tvému přání před svým prospěchem, kdybys mi byl poslal dopis.

| | |
|--|--|
| včas | ad tempus, tempore |
| dostatečně | satis |
| sněm | comitia, ōrum, n. |
| ▪ přijít na sněm | ▪ ad comitia venire |
| den předtím | prīdiē |
| tušit | suspīcor, āri, ātus sum |
| možnost | potestās, ātis, f. |
| ▪ dát možnost | ▪ potestātem faciō, ere, fēcī, factum |
| tržnice | macellum, ī, n. |
| situace | zde: locus, ī, m. |
| ▪ v té situaci | ▪ eō locō |
| tušit | dīvīnō, āre, āvī, ātum |
| Odysseus | Ulixēs, is, m. |
| setrvat (v něčem) | perseverō, āre, āvī, ātum in +abl. |
| předstírání | simulātiō, ōnis, f. |
| šilenství | īnsānia, ae, f. |
| zajít (za někým), navštívit (někoho) | conveniō, īre, vēnī, ventum |
| podněcovat | animū alcis accendō, ere, cendī, cēsum |
| Micipsa | Micipsa, ae, m. |
| Jugurtha | Iugurtha, ae, m. |
| zahynout | occidō, ere, occidī, -, cāsūrus |
| zmocnit se (vlády) | potior, īrī, potītus sum +gen. |
| sám | sōlus, a, um |
| vláda (nad něčím) | imperium, īi, n. +gen. |
| Numidie | Numīdia, ae, f. |
| milost | venia, ae, f. |
| ▪ dát milost | ▪ veniam dō, are, dedī, datum |
| beztrestnost | impūnitās, ātis, f. |
| vzdát se (něčeho) | dēpōnō, ere, posuī, positum |
| ▪ vzdát se omylu | ▪ errōrem dēponere |
| smířit se s (někým, něčím) | in grātiām redeō, īre, īi, itum cum +abl. |
| dosáhnout schválení (něčeho od někoho) | probō, āre, āvī, ātum +ak. (alqd) +dat. (alci) |
| obhajoba | dēfēnsiō, ōnis, f. |
| strůjce úkladů | īnsidiātor, ōris, m. |
| dát přednost (něčemu před něčím) | anteferō, ferre, tulī, lātum alqd alci rei |
| přání | voluntās, ātis, f. |
| prospěch | commodum, ī, n. |

3. Přeložte krátké věty

1. Řekl mi, že kdyby ho pozvali, přijde.
2. Nevím, co budu dělat, jestliže mi nepomůžeš.
3. Nevím, co bych byl udělal, kdybych byl tehdy žil.
4. Není pochyb, že jestliže nepřišel, stalo se něco zlého.
5. Myslí si, že jestliže mlčíte, souhlasíte.
6. Ptá se, co bys dělal, kdybys nemohl pracovat.
7. Domníváme se, že jestliže to řekl, neřekl pravdu.
8. Tvrdili, že budete pokáráni, jestliže dílo nedokončíte včas.
9. Zeptal jsem se, zda bys byl odešel, kdybys byl mohl.

10. Myslím si, že by město nebylo bývalo zničeno zemětřesením, kdyby byly bývaly domy lépe postaveny.
11. Nepochybuj, že kdybys to udělal, velmi by ses mi zavděčil.
12. Zeptal se, kde bych žil, kdybych si mohl vybrat.
13. Víme, co by byli vytrpěli, kdyby byli zůstali ve vlasti.
14. Nevím, kam by šli, kdyby je vyhodili z domu.

4. Dejte do závislosti na uvedených výrazech

1. Fines eorum violabit, si ita fecerint.

Negat...

Negavit...

Quaerimus...

Quaesivimus...

2. Quod ni fecisset, uno in loco omnes adversariorum copiae convenissent. (Cic. *div.* 2, 52)

Intellegebat...

Intellegit...

Quis dubitare potest...

Quis dubitare potuit...

3. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. (Cic. *Att.* 3, 1, 9)

Affirmo...

Affirmavi...

Dubium non est...

Dubium non fuit...

4. Si senatum dilexisset, numquam curiam incendisset. (Cic. *Phil.* 13, 27)

Apparet...

Apparuit...

Dubium non est...

Dubium non fuit...

5. Si voluisset, paruissem. (Cic. *Lael.* 37)

Affirmo...

Affirmavi...

Quaerit...

Quaesivit...

6. Si possim, velim. (Plaut. *Cist.* 116)

Affirmo...

Affirmavi...

Quaerit...

Quaesivit...

7. In exeuntem e curia impetus factus esset, ni peropportune tribuni diem dixissent.

(Liv. 2, 35, 2)

Putat...

Putavit...

Quaerendum est...

Quaesivit...

8. Ego ad te, si quid audiero citius, scribam. (Cic. *Att.* 11, 24, 5)

Promisi...

Promitto...

Ne dubites...

Numquam dubitavit...

9. Si id probas, fieri ita posse negas. (Cic. *fin.* 5, 26, 77)

Puto...

Putavi...

Dubium non est...

Dubium non fuit...

10. Magis esset pudendum, si in sententia permaneres. (Cic. *Tusc.* 2, 5, 14)

Tibi dicit...

Tibi dixit...

Dubium non est...

Dubium non fuit...

11. Si quid fecimus, certe irati non fecimus. (Cic. *Tusc.* 4, 23, 52)

Affirmamus...

Affirmavimus...

Noli dubitare...

Nemo vestrum dubitavit...

12. Hoc si recte facietis, gaudebitis semper fietque res vestra melior. (Liv. 25, 112, 10)

Putamus...

Putabamus...

Non dubitamus...

Non dubitabamus...

13. Si pace frui volumus, bellum gerendum est. (Cic. *Phil.* 7, 19)

Quidam dicunt...

Quidam dixerunt...

Dubitat, num...

Dubitavit, num...

14. Tacendum erat et expectandum, si inter sapientes viveremus. (Sen. *benef.* 5, 25, 3)
 Dicit...
 Dixit...
 Quaerimus...
 Quaesivimus...
15. Brutus si quid egerit, curabis, ut sciam. (Cic. *Att.* 13, 10, 3)
 Credo...
 Credebam...
 Non dubito...
 Non dubitavi...
 Peto te...
 Petivi te...
16. Eius [sc. mentis] bono fruendum est igitur, si beati esse volumus. (Cic. *Tusc.* 5, 23, 67)
 Cicero scribit...
 Cicero scripsit...
 Non dubitat...
 Non dubitavit...
17. Debebant illi quidem omnis (= omnes) bonos efficere, si quidem hominum generi
 consulebant. (Cic. *nat. deor.* 3, 79)
 Putat...
 Dixit...
 Dubium non est...
 Dubium non fuit...
18. Si vidistis, dicite. (Plaut. *Rud.* 323)
 Vos petit...
 Vos petivit...
19. Si sit domi, dicam tibi. (Plaut. *Asin.* 393)
 Promitto...
 Promisi...
 Ne dubites...
 Numquam dubitabas...
20. Pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis. (Cic. *fam.* 13, 23, 2)
 Scito...
 Dixi...
 Ne dubites...
 Dubium non erat...

5. Uvedte, jako podobu by mělo nezávislé souvětí

1. **Cui tamen ipsi rei veniam te daturum fuisse dicebas, si tum auxilia Pompeio vel si etiam filium misisset...** (Cic. *Deiot.* 9)
2. In Cumano nuper cum mecum Atticus noster esset, nuntiatum est nobis a M. Varro-ne venisse eum Roma pridie vesperi et, **nisi de via fessus esset, continuo ad nos venturum fuisse.** (Cic. *ac.* 1, 1)
3. Putabam, **si nihil rescripsissem, illam cum matre venturam.** (Cic. *Att.* 12, 32, 1)
4. Illud non dubito, quin, **si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint, res publica nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit.** (Cic. *fam.* 5, 7, 2)
5. Mire tractat hoc Cicero pro Milone, **quae facturus fuerit Clodius, si praeturam invasisset.** (Quint. *inst.* 9, 2, 41)
6. Hoc tamen nuntia, **melius me morituram fuisse, si non in funere meo nupsissem.** (Liv. 30, 15, 7)
7. ...se demonstrat **incolumem esse non posse, si Philodamo vivere atque aliquando Romam venire licuisset.** (Cic. *Verr.* II 1, 72)

6. Vyberte správný tvar nebo správné tvary a vysvětlete rozdíl

1. Ventum quidem erat eo, ut si hostem similem antiquis Macedonum regibus habuisset consul, magna clades accipi (*potuisset, potuerit, posset*). (Liv. 44, 4, 9)
2. ... [sc. Caesar] dixit, aliam sententiam dicturum fuisse eamque se ac re publica dignam, nisi propinquitate (*impediatur, impediretur, impeditus sit, impeditus esset*). (Cic. *Phil.* 8, 2)
3. Num non vis igitur audire, cur, etiamsi ita sit, mors tamen non (*sit, est, esset, fuerit*) in malis? (Cic. *Tusc.* 1, 32)
4. Quod ego quamquam quid (*sit, esset, est*), nescio, tamen hoc statuo, hunc, si amicus (*esset, sit, fuisset, fuerit*) Pompeio, laudaturum illum non fuisse. (Cic. *har. resp.* 52)
5. Dicam tuis, ut eum, si (*voluerint, velint*), (*describere, describerent, descripturi sint, describant, descripturi essent*) ad teque (*mitterent, missuri sint, missuri essent, mittant, mittere*). (Cic. *fam.* 12, 17, 2)
6. Nam cum philosophiam viderem diligentissime Graecis litteris explicatam, existimavi, si qui de nostris eius studio tenerentur, si Graecis doctrinis (*eruditi essent, eruditi sint*), Graeca potius quam nostra lecturos, sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorrent, ne haec quidem curaturos, quae sine eruditione Graeca intellegi non possunt. (Cic. *ac.* 2, 1, 4)

7. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis (*nactus sit, nactus fuerit, nactus esset, nactus fuisset*) Antonius, omnia tua illa praeclara in rem publicam merita ad nihilum esse ventura. (Cic. *fam.* 11, 12, 1)
8. Iam Solon, qui tam praeclaras tamque utiles Atheniensibus leges tulit, ut, si iis perpetuo uti voluissent, sempiternum (*habuissent, haberent, habituri fuerint, habiti sint, habituri sint, habituri essent*) imperium... (Val. Max. 1, 5, 3)
9. Theophrastus autem moriens (*accussavisse, accusatam esse, accusare*) naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset; quorum si aetas (*potuisset, potuerit*) esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita (*erudita esset, erudiretur, erudiatur, erudita sit*). (Cic. *Tusc.* 3, 28, 69)
10. Credo Platonem vix (*putare, putavisse*) satis commodum fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinuisset. (Cic. *Att.* 4, 16, 3)

7. Proved'te změnu podle zadání

1. Haruspices ita responderunt: si quid rei novae inciperetur, id maturandum esse; victoriam, triumphum. (Liv. 42, 30, 9)

Změňte na nerealitu v minulosti:

2. ...[sc. Antonium] opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. (Cic. *fam.* 11, 12, 2)

Změňte na nerealitu v přítomnosti:

Změňte na potencialitu:

3. Unum nescio, quo modo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere. (Cic. *fin.* 2, 7, 22)

Změňte na nerealitu v přítomnosti:

Změňte na nerealitu v minulosti:

4. ...nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque **comprenderit**. (Cic. *de orat.* 1, 80)

Změňte na nerealitu v přítomnosti:

Změňte na nerealitu v minulosti:

8. Po změně času ve větě hlavní proved'te další změny, je-li to nutné

1. Nec dubium est, quin omnis Hispania sublatura animos fuerit, ni alter praetor P. Cornelius, Cn. f., Scipio trans Hiberum multa secunda proelia fecisset,... (Liv. 35, 1, 3)

Nec dubium fuit...

2. Si Veios ducti sint, negant se inde prius quam capta urbe hostium redituros esse. (Liv. 5, 7, 7)
...**negaverunt**...
3. Eius [sc. epistulae] tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitteres. (Cic. *Att.* 12, 18, 2)
Eius [sc. epistulae] tamen **mitto** ad te exemplum...
4. Quid? Ille hoc putabat Verri crimosum fore, si statuae eius essent deiectae, quod saepe vento aut aliquo casu fieri solet? (Cic. *Verr.* II 2, 162)
Quid? Ille hoc putat...
5. Perfecit ille, ut, si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturae praesidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus. (Cic. *Pis.* 82)
Perficiet ille...
6. Quem [sc. collem] si tenerent nostri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibitori hostes videbantur. (Caes. *Gall.* 7, 36, 5)
...**videntur**.
7. ... [sc. Epicurei] verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. (Cic. *fin.* 1, 20, 69)
Verebantur...
8. Id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum, ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. (Caes. *Gall.* 1, 10, 2)
...**intellegit**...
9. Quis enim dubitat quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus? (Liv. 31, 7, 3)
Quis enim **dubitavit**...
10. Omnes denique hoc in hac causa intellegent, hoc animo esse Siculos, ut si in istum animadversum non sit, sibi relinquendas domos ac sedes suas et ex Sicilia decedendum atque adeo fugiendum esse arbitrentur. (Cic. *Verr.* II 2, 157)
Omnes denique hoc in hac causa **intellexerunt**...
- 9. Určete všechny vedlejší věty a zdůvodněte použití konjunktivů**
1. Veni domum, non quo optima vivendi condicio esset, sed tamen, si esset aliqua forma rei publicae, tamquam in patria ut essem, si nulla, tamquam in exsilio. (Cic. *fam.* 7, 3, 4)

2. Id imperium adeo superbum et indignum Lacedaemoniis visum est, ut, si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. (Liv. 38, 31, 3)
3. Neque tamen dubito quin, si tua nihil aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. (Cic. *fam.* 13, 2, 4)
4. Itaque huic loco primum respondeo me, quamquam iustis de causis rationes referre properarim, tamen te exspectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes pro relatis haberem. (Cic. *fam.* 5, 20, 2)
5. Nec vero ita refellendum est, ut, si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit, aut si quid e vitae commodis casus abstulerit, eum, cui quid horum acciderit, aut invisum deo aut neglectum a deo iudicemus. (Cic. *nat. deor.* 2, 167)

10. Uveďte, ve kterých případech se jedná o tzv. zástupné konjunktivy, a zdůvodněte

1. Caesar re explorata quaestione captivorum, si qui ad eos Eburones ex fuga **convenissent**, ad se ut reducerentur, imperavit. (Caes. *Gall.* 6, 32, 2)
2. Illud tibi adfirmo, si rem istam ex sententia **gesseris**, fore, ut absens a multis, cum **redieris** ab omnibus, collaudere. (Cic. *fam.* 1, 7, 5)
3. Etiam illud te admoneo, ne quid ullis litteris committas quod, si **prolatum sit**, moleste feramus. (Cic. *ad Q. fr.* 3, 6, 2)
4. Quo quidem tempore cum haruspices ex tota Etruria **convenissent**, caedis atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperi occasum appropinquare dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa **flexissent**. (Cic. *Catil.* 3, 19)
5. Quid autem queri quisquam potest de me, qui, si **vicisset**, acerbiorum se in me futurum fuisse confiteatur necesse est? (Cic. *ad Brut.* 1, 15, 11)
6. Interim ad Ptolomaeum, Aegypti regem, legati tres missi (...), ut nuntiarent victum Hannibalem Poenosque, et gratias agerent regi, quod in rebus dubiis, cum finitimi etiam socii Romanos desererent, in fide **mansisset**, et peterent, ut si coacti iniuriis bellum adversus Philippum **suscepissent**, pristinum animum erga populum Romanum conservaret. (Liv. 31, 2, 3)
7. ...si quis te ex aedibus tuis vi, hominibus armatis **deiecerit**, quid ages? (Cic. *Caecin.* 89)
8. Qui modum igitur vitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucata **praecipitaverit**, sustinere se, cum velit. (Cic. *Tusc.* 4, 18, 31)
9. Veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid adferret, si **essem commoratus**. (Cic. *Phil.* 1, 7)
10. Hostilium intentius monuit, ut in eo spem non moturos quicquam Etruscos poneret, si ne quid moveri posset, **praecavisset**. (Liv. 27, 24, 9)

11. Uvedte, zda označené tvary vyjadřují nerealitu nebo se jedná či může jednat i o vyjádření záměru

1. Quo animo hunc **futurum fuisse** censetis in nos, quos oderat, cum in eos, quos numquam viderat, tam crudelis **fuisset**, et quam avidum in pecuniis locupletium, qui pauperum sanguinem **concupisset**? (Cic. *Phil.* 5, 22)
2. Credis me, pater, inter inermes convivas **cenaturum fuisse**, ad quem armati comissatum venerunt? (Liv. 40, 9, 11)
3. Num putatis, patres conscripti, **dixisse** eum minacius, quam **facturum fuisse**? (Cic. *Phil.* 5, 21)
4. Sin victi essent boni, qui superessent? Nonne ad servos videtis rem publicam **venturam fuisse**? (Cic. *Sest.* 47)
5. Ac primo multitudine facile expellebantur Romani; adsumptis deinde Achaeorum Attalique auxiliis aequabant certamen, nec dubium erat, quin Macedonas Graecosque facile loco **pulsuri fuerint**. (Liv. 32, 23, 8)
6. Quaero: quid facturi fuistis? Quamquam quid **facturi fueritis**, dubitem, cum videam, quid feceritis? (Cic. *Lig.* 24)
7. E quo intellegi potest, quam acuti natura sint, quoniam haec sine doctrina **credituri fuerunt**. (Cic. *Tusc.* 1, 21, 48)
8. Odistis et execramini eos, qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis; tantum abest, ut et ipsi tale quicquam **facturi fueritis**. (Liv. 26, 31, 5)
9. Stantes plaudebant in re ficta. Quid arbitramur in vera **facturos fuisse**? (Cic. *Lael.* 24)
10. Quam facultatem si quis casus **eripuerit**, mea tamen in te omnia officia constabunt non secus, ac si te **vidissem**. (Cic. *fam.* 3, 5, 4)
11. Ac si tibi nemo **responsurus esset**, tamen ipsam causam, ut ego arbitror, demonstrare non **posses**. (Cic. *div. in Caec.* 44)

12. Najděte výrazy *si/nisi*, které nevozují podmínkovou větu. Najděte podmínková souvětí, která nejsou závislá na slovese uvozujícím obsahovou větu.

1. **Si** manerem in Italia, verebare, ne officio deessem. (Cic. *fam.* 7, 3, 1)
2. Cur misereare potius, quam feras opem, **si** id facere possis? (Cic. *Tusc.* 4, 26, 56)
3. M. vero Antonium quis est, qui civem possit iudicare potius quam taeterrimum et crudelissimum hostem, qui pro aede Castoris sedens audiente populo Romano dixerit **nisi** victorem victurum neminem? (Cic. *Phil.* 5, 21)
4. Vide, quam turpi leto pereamus, et dubita, **si** potes, quin ille, seu victus seu victor redierit, caedem facturum sit. (Cic. *Att.* 10, 10, 5)

5. ...nam factum sit necne, vehementer quaeritur; **si** factum sit, quin contra legem sit, dubitare nemo potest. (Cic. *Mur.* 67)
6. Nunc hoc scire vos volui nullam huic aliam accusandi causam fuisse, **nisi** ut propositum vitae periculum et cotidianas capitis insidias hac una ratione devitaret. (Cic. *Cluent.* 20)
7. An existimas me debere ei quicquam, cuius manus, cum me peteret, percussit hostem meum, qui nocuisset, **nisi** errasset? (Sen. *benef.* 6, 8, 2)
8. Et **si** vita longior suppetisset, haud dubium fuit, quin eum [sc. Antigonom] in possessione regni relicturus fuerit. (Liv. 40, 56, 7)
9. Inde cibo corpora firmare iussi, ut **si** longior pugna esset, viribus sufficerent. (Liv. 27, 13, 13)
10. Omnia a te data mihi putabo, **si** te valentem videro. (Cic. *Att.* 16, 13, 1)
11. Quod cum nemo facere **nisi** deus possit, relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus futura praesentiat. (Cic. *div.* 1, 127)
12. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, **si** ulla in te pietas esset, colere debebas. (Cic. *Phil.* 2, 99)
13. Quod **ni** ita esset, cur Stoicus, **si** esset quaesitum, satisne ad beate vivendum virtus posset, multa diceret? (Cic. *Tusc.* 5, 7, 18)
14. Eiusmodi igitur credo res Panaetium persecuturum fuisse, **nisi** aliqui casus aut occupatio eius consilium peremisset. (Cic. *off.* 3, 7, 33)

13. Odpovězte nebo vyberte správné zdůvodnění

1. De Pompeio scio nihil, eumque, nisi in navim **se contulerit**, exceptum iri puto. (Cic. *Att.* 7, 22, 1)
 - Konjunktiv *contulerit* vyjadřuje předčasnost vzhledem k *exceptum iri*.
 - Konjunktiv *contulerit* vyjadřuje předčasnost vzhledem ke *scio*.
 - Konjunktiv *contulerit* vyjadřuje děj, který nastane až po *scio*.
2. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiamsi ferro inter se comminus **decertarint**, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque **deponant**. (Cic. *Pis.* 81)
 - Konjunktiv *decertarint* vyjadřuje předčasnost před *deponant*.
 - Souvětí *etiamsi decertarint... deponant* se vztahuje k jednomu ději v budoucnosti.
 - Souvětí *etiamsi decertarint... deponant* vyjadřuje opakovaný děj.
 - Pokud by souvětí bylo nezávislé, místo konjunktivu *decertarint* by bylo futurum II (tvarově shodné).
 - Pokud by souvětí bylo nezávislé, místo konjunktivu *decertarint* by byl indikativ perfekta.

3. Altera promulgata lex est, **ut** et de vi et maiestatis damnati ad populum **provocent**, si **velint**. (Cic. *Phil.* 1, 20)
- Určete větu s *ut*.
 - Pokuste se vysvětlit, proč po *promulgata est* následují konjunktivy přítentu.
4. Nam quod scribis, **ni** ita vobis **placuisset**, illos hoc idem per populum adsecuturos fuisse, invitis tribunis plebis fieri nullo modo potuit. Ita vereor, ne et studia tribunorum **amiserimus** et, si studia **maneant**, vinclum illud adiungendorum consulum **amissum sit**. (Cic. *Att.* 3, 24, 1)
- Určete typy podmínkových vět a vysvětlíte použití konjunktivů.